



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 14. Quàm grauiter peccent indignè communicantes?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

nu , communicauisse , & , qui dignis sacra-  
mentum porrexerat, ab indignis id retraxis-  
se. Quod iudicium discriménque etiam vi-  
dit olim Ammona presbyter sacris o-  
perans. Angelus enim ad dexterum altaris  
cornu astans , dignè communicantium no-  
mina in librum referebat ; eorum autem ,  
qui synaxi se subduxerant , nomina con-  
spexit deleri, qui triduo inde mortui sunt\_.  
Si oculos Ammonæ haberemus , quām mul-  
tos indignè ad altare accedentes conspi-  
ceremus , de libro vitæ deleri ? Admiranda  
Dei patientia est , qui ordinariè non vult à  
sacerdote cōmunicante cognosci discrimen  
dignè, indigneūe communicantium, neque  
retrahi manum , etiamsi Iudas aliquis , hoc,  
est, auarus, proditor, aut sacrilegus, impu-  
ro ore , SS. Eucharistiæ sacramento inhiet.  
Impunè id se isti facere putant, qnia non  
statim puniuntur. Sed, ô Deus , omnes via  
tua paratae sunt , & tua iudicia , in tua prou-  
denta posuisti.

Petr. Ri-  
badene-  
ira de vi-  
tis SS. 12.  
Decemb.  
Pallad. in  
SS. PP.  
c. 72.

Judith  
9.50

§. XIV.

Quām grauiter peccent indignè commu-  
nicantes ?

Hoc est iudicium Dei. Dignis etiam spi-  
ritualē dat escam , in tempore opportuno, in-

L 3      dignos

166 Cap. VII. De reali, seu sacramentali,

dignos vel in hac plectit vita, vel in altera.

I. Cor. II.  
29.

Itaque qui manducat, & bibit indignè, iudici-

um sibi manducat & bibit: non dijudicans cor-

pus Domini. Quoniam futurum est iudicium,

S. Ambr.  
in I. Cor.  
II.

ait Mediolanensis Antistes, ut quemadmodū

accedit unusquisq;, caussas reddat, in die Do-

mini nostri I E S V Christi: quia sine disciplina

traditionis & conuersationis qui accedunt, rei

sunt corporis & sanguinis Domini. Quid est

autem reos esse, nisi pœnas dare sortis & mortis

Domini? occisus est enim pro ijs, qui benefi-

um in irritū ducunt. Propterea inter vos mut-

ti infirmi & agri, & dormiunt multi. Ut ve-

rum probaret, quia examen futurum est acci-

pientium Domini corpus, iam hic imaginem in-

dicij ostendit, qui inconsideratè acceperant, dū

febris & infirmitatibus corripiebantur, &

multi moriebantur, ut in his ceteri discerent, &

paucorum exemplo territi emendarentur, non

inultum scientes corpus Domini negligenter ac-

cipere, & eum, quem hic pœna distulerit, gra-

uius tractatum iri, quia contempsit exemplum.

§. XV.

Magnam in Deum spem incendit, cura Dei  
erga derelictos.

Possent eiuscmodi diuinorum iudicio-

rum documenta, etiam in ceteris Christi sa-

gra-